

ab Achimelech ꝑ vrgēti fame, panes
propositiōis acciperet, quo exēplo Chri-
stus excusauit Apłos, spicas in sabbato
vellentes, sed pro hoc necessario officio
tyrannus, Achimelech cum octoginta
quinꝫ sacerdotib. a Doeg Idumeo cum
id alij milites recusarent, iugulari cura-
uit, de qua sacerdotū laniena & delato-
re Idumeo, scripsit XLII. psal.

Exul iam, & ex torris factus, cogitur
ad hostes suæ gentis fugere, & ab ipsis
hospiciū postulare, vbi rursus ī summū
discrimē venit. Nam mox a Palestinis
cognitus ad Achis Regem ducit̃, a quo
derisus, sicut Christus ab Herode est di-
missus, & de hoc periculo, tertio & trice-
simo psalmo ἐπιγγραφαῖς posuit.

Hæc est pictura exiliij Christi, & for-
tunæ piore pastorę, qui furentib. regib.
ex verbo Dei suauiter occinunt, vt eos
reuocent ab insania, deferunt̃ ij ab im-

B ij pijs.